versarii interessentia debita, inter praesentes et Anniversario in-
teressentes dismembranda, non debere gaudere sciat. Qui enim
onus sponte susceptum supportare recusat, emolumento ex illo
provenienti privari debet. c. Licet et ibi DD. de Vot. et vot. redempt.

STATUTUM VIII.

De Custodia et Clausura Collegii.

Quia Domus sua unicuiq; debet esse tutissimum receptaculum. l.
Neriq. ff. de In jus vocan. Ideo statuimus ut Clarissimus Dominus
Praepositus pro tempore existens Tertianum seriò moneat et negli-
gentem suo modo adigat, quatenus continuò ne damnum aliqua
Clarissimorum Professorum per ejus negligentiam et divagationem
patiatur, ingredientes et egredientes de Collegio observando, in-
vigilet, illud nocte adveniente claudat ita tamen, ut si aliquem Pro-
fessorem, etiam in negotio proprio diutiùs morari contingat, eun-
dem expectare teneatur et sit adstrictus, nihilominus Clarissi-
mus Professor sàpiùs et absq; causa rationabili diutiùs extra Colle-
gium ne moretur, si secus fecerit per Dominum Praepositum pri-
mò moneatur, ac demum (maximè si sit aliqua de ipso suspicio)
per Officium Domûs juxta Statuta inferiùs descripta puniatur.
Honesti enim Viri debent esse in omnibus suis nocte adveniente.
DD. in l. 2. §. Et quia Magistratibus. ff. de Origin. Juris et colli-
gitur ex l. Hoc edictum. §. Labeo. ff. de his, qui dejecerint vel
effugerint.

STATUTUM IX.

De Rationibus per Clarissimum Exprapositum faciendis.

Quoniam ex Officio suo et administratione sibi commissa cal-
culum et rationem per Authen. de Sanctiss. Episcop. §. Oeconomo
cum di-